Noverint universi Quod Ego Caterina uxor Stephani Seguer parrochie de Kuolutorum de Silva Gerundensis et ex certa sciencia de voluntate
dicti viri mei presentis et consencientis creo et facio me feminam propriam et solidam vestri venerabilis domine Constancie dei gratia
abbatisse Monesterii sancti danielis constructi iuxta et satis prope civitatem Gerunde extra tamen muros dicte civitatis et vestrarum succedentium
in predicta abbatia Una cum omni prole mea nata et nascitura et bonis meis mobilibus presentibus et futuris eo quod ratione
matrimonii prime contractati et facti cum dicto viro meo intravi mansum Seguer situm intra parrochiam de Kuolutorum de Silva de quo et
eius honoribus terris possessionibus et pertinentiis vos et dicte vestre succedentes fuistis et fore debetis et consuevistis homines et mulieres
censii et agraria et alias servitutes et servicia inde fieri et prestari assuetos assuetas et assueta Et promitto vobis et dictis vestris succedentibus
in dicta abbatia quod ero vobis et eis bona fidelis et legalis de corpore et avere prout vassalli et vassalla debent esse et tenentur
suo domino temporali et quod causa morandi non intrabo Castrum villam vel Civitatem vel alium locum privilegiatum et non privilegiatum nec aliquid aliud
faciam propter quod vos possitis me amittere et aliquis me lucrari sine vobis et dictas vestras succedentes in dicta abbatia pro dominabus nostris semper ubique recla-
mabo Et ad hec attendenda et complenda obligo vobis et dictis vestris succedentibus in posse notarii subscripti tanquam publice persone nomine
omnium quorum interest et intererit legittime stipulantis et recipientis personam meam et omnia et singula bona et iura mea mobilia et
inmobilia presencia et futura ubique Iurans etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta
predicta omnia et singula rata grata et firma semper fore tenere et servare ac ea attendere et complere et nullatenus contra facere vel venire
iure aliquo sive causa Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate facio et presto vobis homagium manibus et ore comenda-
tum discreto Petro Capmany scriptori Gerunde ipsum homagium nomine vestri recipienti iuxta usum consuetudinem et observanciam ac constitu-
ciones Cathalonie Et ego dictus Stephanus Seguer maritus dicte Caterine consenciens predictis de voluntate mea factis firmo hec et laudo
Actum est hoc Gerunde vicessima prima die mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo vicessimo
Signum Caterine uxoris Stephani Seguer iurantis et eiusdem Stephani consentientis predictorum qui hec firmamus et laudamus

Testes huius rei sunt Andreas Samrini scriptor et Guillelmus de Castello filius venerabilis Petri de Castello civis Gerunde

Signum Guillelmi de Colle notarii publici [illegible] auctoritate [illegible] Gerunde [illegible]
[illegible] pertinentium [illegible] hec scribi feci et clausi cum raso et emendato [illegible]
est hoc Gerunde

N.° 7. Ridellots de [illegible] / libre 20, p 2   1420. III. 21

[illegible] Ridellots de [illegible] [illegible] de [illegible]

[illegible] la omanacges del mas segur de [illegible] de Ridellots

Ridellots o [illegible] e lo noble [illegible]   La qual [illegible] de [illegible] de Ridellots

[illegible]

AC f. 87 v

N.ro 4 del plec primer primer de

Rindellots

T. 223 X 345

1162